
879.1 .M461P C.1
Maximiani Elegiae. Ad
Stanford University Libraries
3 6105 048 475 565


Maximianus, Etruscus(1890. Petschenig)

Elegiae.



Bequest of
PROFESSOR BENJAMIN O. FOSTER, '95

STANFORD UNIVERSITY LIBRARIES







B. O. Foster
May 1906

Berliner Studien für classische Philologie und Archäologie.
Elfter Band. Zweites Heft.

MAXIMIANI ELEGIAE.

AD FIDEM CODICIS ETONENSIS

RECENSUIT ET EMENDAUIT

M. PETSCHENIG.



A 1061 –

BERLIN 1890.
VERLAG VON S. CALVARY & Co.

VERLAG VON S. CALVARY & CO. IN BERLIN.

BERLINER STUDIEN
FÜR
CLASSISCHE PHILOLOGIE UND ARCHAEOLOGIE.

Bisher erschienen:

Erster Band. X, 783 S. gr. 8. Preis 19 Mark.

Inhalt: **Wilhelm Gemoll**, Untersuchungen über die Quellen, den Verfasser und die Abfassungszeit der Geoponica (S. 1—280. Einzelpreis 8 M.). — **Ernestus Kuhnert**, De cura statuarum apud Graecos (S. 281—356. Einzelpreis 2 M. 40 Pf.) — **Heinrich Weissenborn**, Die irrationalen Quadratwurzeln bei Archimedes und Heron. (S. 357-408. Einzelpreis 3 M. 60 Pf.) — **Adalbert Horawitz**, Griechische Studien I (S. 409—450. Einzelpreis 2 M.) — **Fridericus Cauer**, De fabulis graecis ad Romam conditam pertinentibus (S. 451—490. Einzelpreis 2 M.). — **Paulus Reinholdus Wagler**, De Aetna poemate quaestiones criticae (S. 491—602. Einzelpreis 4 M.) — **Leopoldus Cohn**, De Heraclide Milesio Grammatico (S. 603—718 Einzelpreis 4 M.). — **F. B. Leidenroth**, Indicis grammatici ad Scholia Veneta A exceptis locis Herodiani specimen (S. 719—783. Einzelpreis 2 M. 40 Pf.).

Zweiter Band. XII, 490 S. gr. 8. Preis 17 Mark.

Inhalt: **Wilhelm Soltau**, Die Gültigkeit der Plebiscite (S. 1—176. Einzelpreis 7 M.). — **Hermannus Riccardus Grundmann**, Quid in elocutione Arriani Herodoto debeatur (S. 177—268. Einzelpreis 3 M.) — **Carolus Aemilius Iling**, De antidosi. (S. 269—307. Einzelpreis 1 M. 80 Pf.) — **Selmar Heine**, De ornamentis triumphalibus. (S. 309—397. Einzelpreis 3 M. 50 Pf.) — **Joannes Schmidt**, Ulixes Posthomericus. Particula prima. (S. 399—490 Einzelpreis 4 M. 50 Pf.)

Dritter Band. XXII, 436 S. gr. 8. Preis 12 Mark.

Inhalt: **Ludwig Stein**, Die Psychologie der Stoa. 1. Bd. Metaphysisch-anthropologischer Theil. (VIII, 216 S. Einzelpreis 7 M.) — **Wilhelm Kämpf**, De pronominum personalium usu et collocatione apud poetas scaenicos Romanorum. (II. 48 S. Einzelpreis 1 M. 60 Pf.) — **Wilhelm Pecz**, Die Tropen des Äschylus, Sophokles u. Euripides. (XII, 172 S. Einzelpr. 6 M. 80 Pf.)

Vierter Band. XVIII, 322 S. gr. 8. Preis 10 Mark.

Inhalt: **Paulus Cassel**, Zoroaster, sein Name und seine Zeit. Eine iranische Glosse. (VIII, 24 S. Einzelpreis 1 M. 20 Pf) — **M. Petschenig**, Flavii Cresconii Corippi Africani grammatici opera edita et explicata. (XVI, 268 S. Einzelpreis 9 M. 60 Pf.) — **Ernst Brey**, De Septem fabulae Aeschyleae stasimo altero. (IV, 30 S. Einzelpreis 1 M. 20 Pf.)

Fünfter Band. XVI, 687 S. gr. 8. Preis 18 Mark.

Inhalt: **P. Langen**, Plautinische Studien. (VIII, 400 S. Einzelpreis 13 M.) — **Th. Puschmann**, Nachträge zu Alexander Trallianus. (192 S. Einzelpreis 6 M. 60 Pf.) — **Emil August Junghahn**, Studien zu Thukydides. Neue Folge. (V, 95 S. Einzelpreis 3 M. 60 Pf.)

Sechster Band. VIII, 295 S. gr. 8. Preis 8 Mark.

Erstes Heft: **Armand Gasquy**, De Fabio Planciade Fulgentio, Virgilii interprete. (IV, 44 S. 1 M. 60 Pf.) — Zweites Heft: **W. Streit**, Zur Geschichte des zweiten punischen Krieges in Italien nach der Schlacht von Cannä. (IV, 57 S. Einzelpreis 2 M.) — Drittes Heft: **Hölzer**, Beiträge zu einer Theorie der lateinischen Semasiologie. (VIII, 194 S. Einzelpreis 6 M. 50 Pf.)

Siebenter Band. XXVIII, 562 S. gr. 8. Preis 14 Mark.

Erstes Heft: **Ludwig Stein**, Die Erkenntnistheorie der Stoa (zweiter Band der Psychologie). (VIII, 389 S. 12 M.) — Zweites Heft: **Karl Troost**, Des Aeneas Irrfahrt von Troja nach Karthago etc. Uebertragung des ersten und dritten Buches der Vergil'schen Aeneis in Oktaven nebst Einleitung. (XX, 80 S. Einzelpreis 3 M. 20 Pf) Drittes Heft: Beiträge zur griechischen Geschichte. (92 S. Einzelpreis 2 M. 50 Pf.)

Achter Band. XIV, 198 S. gr. 8. Preis 6 Mark.

Erstes Heft: **Johannes Maisel**, Observationes in Cassium Dionem IV, 24 S. gr. 8. Einzelpreis 1 M. 50 Pf. — Zweites Heft: **Alfredus Gudeman**, De Heroidum Ovidii Codice Planudeo. VI, 90 S. gr. 8. Einzelpreis 3 Mark. — Drittes Heft: **Otto Schultz**, Die Ortsgottheiten der griechischen und römischen Kunst. IV. 84 S. gr. 8. Einzelpreis 3 Mark.)

Neunter Band. XX, 398 S. gr. 8. Preis 11 Mark 20 Pf.

Erstes Heft: **Valerianus de Schöffer**, De Deli insulae rebus. VIII. 244 S. gr. 8 Einzelpreis 8 M. — Zweites Heft: **Karl Troost**, Inhalt und Echtheit der Platonischen Dialoge auf Grund logischer Analyse. IV. 48 S. gr. 8. Einzelpreis 2 M. — Drittes Heft: **B. Heisterbergk**, Fragen der ältesten Geschichte Siciliens. VIII. 106 S. gr. 8. Einzelpreis 4 M.

Zehnter Band. VIII, 324 S. gr. 8. Preis 9 Mark.

Erstes Heft: **Cornelii Taciti** de vita et moribus Julii Agricolae liber. Ad fidem codicum ed. A. E. Schoene. IV, 48 S. gr. 8. Einzelpreis 2 M. — Zweites Heft: **G. Goerres**, Studien zur griechischen Mythologie, erste Folge, 248 S. gr. 8. Einzelpreis 8 M. — Drittes Heft: **Friedrich Soltau**, Zur Erklärung der in Punischer Sprache gehaltenen Reden des Karthaginiensers Hanno im 5. Akt der Komödie Poenulus von Plautus. 32 S. gr. 8. Einzelpreis 1 M. 20 Pf.

Elfter Band (unter der Presse).

Erstes Heft: **Otto Dingeldein**, Haben die Theatermasken der Alten die Stimme verstärkt? 48 S. gr. 8. Einzelpreis 1 M. 50 Pf. — Zweites Heft: **Maximiani Etrusci** elegiae. Ad fidem codicis Etonensis rec. M. Petschenig (unter der Presse). — Drittes Heft: **J. V. Prášek**, Geschichte der Könige von Medien (unter der Presse).

Neu eintretenden Abonnenten werden die erschienenen 10 Bände (Ladenpreis 124 M.) mit **90 Mark** abgegeben.

Digitized by Google

BERLINER STUDIEN

FÜR

CLASSISCHE PHILOLOGIE UND ARCHAEOLOGIE.

ELFTER BAND.

ZWEITES HEFT.

MAXIMIANI ELEGIAE.

VON

M. PETSCHENIG.



BERLIN 1890.

VERLAG VON S. CALVARY & CO.

Digitized by Google

MAXIMIANI ELEGIAE.

AD FIDEM CODICIS ETONENSIS

RECENSUIT ET EMENDAUIT

M. PETSCHENIG.



BEROLINI 1890.
APUD S. CALVARY ET SOCIUM.



Digitized by Google

879.1
M461p

556607

Digitized by Google

I.

Aemula quid cessas finem properare senectus?
  cur et in hoc fesso corpore tarda uenis?
solue precor miseram tali de carcere uitam:
  mors est iam requies, uiuere poena mihi.
5 non sum qui fueram: periit pars maxima nostri.
  hoc quoque quod superest languor et horror habent:
lux grauis in luctu, rebus gratissima laetis,
  quodque omni peius funere, uelle mori.
dum iuuenile decus, dum mens sensusque maneret,
10 orator toto clarus in orbe fui.
saepe poetarum mendacia carmina finxi
  et ueros titulos res mihi ficta dabat.
saepe perorata percepi lite coronam
  et merui linguae praemia grata meae.
15 quae cum defectis iam sint inmortua membris,
  heu senibus uitae portio quanta manet!
nec minor his aderat sublimis gratia formae,
  quae uel si desit, cetera nulla placent,
quin etiam uirtus, fuluo pretiosior auro,
20 per quam praeclarum plus micat ingenium.

nihil inscriptum. 6 langor et orror. 8 peius *unus* D: peius est. 11 fixi. 18 nulla II: multa.

---

2 *uenis* scil. finem properare. 7 et 8 supple *est*, ut sit sensus: est lux grauis in luctu, est uelle mori. 13 et 14 frustra post 10 transtulit B, cum oratoris munus non idem sit quod causidici; cf. 129 et 130. 15 *quae*, scil. carmina, orationes, causae dictiones cum mente sensibusque (u. 9). 18 *uel* intellege schon, auch nur, bloss, et interpretare: deren Mangel schon genügt, um alles Andere ungefällig zu machen: cf. 3, 16 et ind. ad Vict. Vit. s. u. *uel.*

Digitized by Google

si libuit celeres arcu temptare sagittas,
occubuit telis praeda petita meis.
si placuit canibus densos circumdare saltus,
prostraui multas non sine laude feras.
25 dulce fuit madidam si fors uersare palaestram,
implicui ualidis lubrica membra toris.
nunc agili cursu cunctos anteire solebam,
nunc tragici cantus exuperare melos.
augebat meritum dulcis mixtura bonorum,
30 ut semper uarium plus micat artis opus.
nam quaecumque solent per se perpensa placere,
alterno potius iuncta decore placent.
has inter uirtutis opes tolerantia rerum
spernebat cunctas insuperata minas.
35 uertice nudato uentos pluuiasque ferebam:
non mihi solstitium, non graue frigus erat:
innabam gelidas Tiberini gurgitis undas
nec timui dubio credere membra freto:
quamuis exiguo poteram requiescere somno
40 et quamuis modico membra fouere cibo.
at si me subito uinosus repperit hospes
aut fecit laetus sumere multa dies,
cessit et ipse pater Bacchus stupuitque bibentem
et, qui cuncta solet uincere, uictus abit.
45 haut facile est animum tantis inflectere rebus,
ut res oppositas mens ferat una duas.
hoc quoque uirtutum quondam certamine magnum
Socratem palmam promeruisse ferunt,
hinc etiam rigidum memorant ualuisse Catonem:
50 non res in uitium, sed male facta cadunt.
intrepidus, quaecumque forent, ad utrasque ferebar:

28 tragici B: traici. 31 sol& [nt] 35 pluiasque. 36 solsticium. 41 reperit ospes. 42 mulsa E. 43 bachus. 44 uictus D: uicam. 46 opositas.

---

28 *cantus melos*: cf. K. Sittl, Die lokalen Verschiedenheiten der lat. Sprache, pag. 92—94. 51 *ad utrasque* scil. res oppositas: quaecumque erant res oppositae, ferebar ad utrasque, ut laetis fruerer, tristes uincerem.

Digitized by Google

cedebant animo tristia cuncta meo.
pauperiem modico contentus semper amaui
et rerum dominus nil cupiendo fui.
55 tu me sola tibi subdis, miseranda senectus,
cui cedit quicquid uincere cuncta potest.
in te corruimus, tua sunt quaecumque fatiscunt,
ultima teque tuo conficis ipsa malo.
ergo his ornatum meritis prouincia tota
60 optabat natis me sociare suis:
sed mihi dulce magis resoluto uiuere collo
nullaque coniugii uincula grata pati.
ibam per mediam iuuenali corpore Romam
spectandus cunctis undique uirginibus:
65 quaeque peti poterat, fuerat uel forte petita,
erubuit uultum uisa puella meum
et modo subridens latebras fugitiua petebat,
non tamen effugiens tota latere uolens,
sed magis ex aliqua cupiebat parte uideri,
70 laetior hoc potius, quod male tecta fuit.
sic cunctis formosus ego gratusque uidebar,
omnibus et sponsus sic generalis eram,
sed tantum sponsus: nam me natura pudicum
fecerat, et casto pectore durus eram.
75 nam dum praecipuae cupio me iungere formae,
permansi uiduo frigidus usque toro.
omnis foeda mihi atque omnis mihi rustica uisa est
nullaque coniugio digna puella meo.
horrebam tenues, horrebam corpore pingues,
80 non mihi grata breuis, non mihi longa fuit.
cum media tantum dilexi ludere forma,
maior enim mediis gratia rebus inest.

58 teque *duo* D: te quoque. 63 iuuenali II: uenali. 68 e[f]fugiens. 75 me D: *om.* 76 biduo || thoro. 77 *alterum* mihi *duo* D: puella.

---

68 *effugiis* coni. B: at *effugiens* hoc loco idem est quod *fugiens*; cf. 128 et ind. ad Corippum s. u. *effugere*.

Digitized by Google

corporis has nostri mollis lasciuia partes
incolit, has sedes mater amoris habet.
85 quaerebam gracilem, sed quae non macra fuisset:
carnis ad officium carnea membra placent.
sit quod in amplexu delectet stringere corpus,
ne laedant pressum quaelibet ossa latus.
candida contempsi, nisi quae suffusa rubore
90 uernarent propriis ora serena rosis.
hunc Venus ante alios sibi uindicat ipsa colorem,
diligit et florem Cypris ubique suum.
aurea caesaries demissaque lactea ceruix
uultibus ingenuis uisa sedere magis.
95 nigra supercilia, frons libera, lumina pigra
urebant animum saepe notata meum.
flammea dilexi modicumque tumentia labra,
quae gustata mihi basia plena darent.
in tereti collo uisum est pretiosius aurum,
100 gemma et iudicio plus radiare meo.
singula turpe seni quondam quaesita referre,
et quod tunc decuit, iam modo crimen habet.
diuersos diuersa iuuant: non omnibus annis
omnia conueniunt: res prius apta nocet.
105 exultat leuitate puer, grauitate senectus:
inter utrumque manens stat iuuenile decus.
hunc tacitum tristemque decet, fit clarior ille
laetitia et linguae garrulitate suae.
cuncta trahit secum uertitque uolubile tempus

83 as. 88 p̄sum. 89 suffussa. 90 uernarent D: uernaret. 91 uendicat. 93 demissaque *nonnulli* D: dimisaque. 94 ultib;. 95 frons..... || pigra Π: nigra. 99 teriti. 103 iuucant. 106 iubenile. 109 trait || uoluuile.

---

83 et 84 B interpolatos esse putat a lectore uersum 82 lasciue interpretante: immo Maximianus ipse abutitur ambigua adiectiui *medius* significatione. 94 *uultibus* meis. 95 *lumina pigra* sunt oculi languidi uel putres. 107 *haec .... carior illa* Ellis, male: *hunc* enim senem, *ille* iuuenem significat.

Digitized by Google

110 nec patitur certa currere quaeque uia.
nunc quod longa mihi grauis est et inutilis aetas,
uiuere cum nequeam, sit mihi posse mori.
o quam dura premit miseros condicio uitae:
nec mors humano subiacet arbitrio.
115 dulce mori miseris, sed mors optata recedit:
at cum tristis erit, praecipitata uenit.
me uero heu tantis defunctum in partibus olim
uiuum tartareas constat inire uias.
iam minor auditus, gustus minor: ipsa caligant
120 lumina: uix tactu noscere certa queo.
nullus dulcis odor, nulla est iam grata uoluptas:
sensibus expertem quis superesse putet?
en Lethaea meam subeunt obliuia mentem,
nec confusa sui iam meminisse potest,
125 ad nullum consurgit opus, cum corpore languet
atque intenta suis obstupet illa malis.
carmina nulla cano: cantandi summa uoluptas
effugit et uocis gratia uera perit.
non fora sollicito, non blanda poemata fingo,
130 litibus haud rabidis commoda iura sequor.
ipsaque me species quondam dilecta reliquid
et uideor formae mortuus esse meae.
pro niueo rutiloque prius nunc inficit ora
pallor et exanguis funereusque color.
135 aret sicca cutis, rigidi stant undique nerui,
et lacerant uncae scabida membra manus.
quondam ridentes oculi nunc fonte perenni
deplangunt poenas nocte dieque suas,
et quos grata prius ciliorum serta tegebant,

118 uiuū||||. 123 subeunt D: sum ueunt. 127 nullo || cantando (i above o). 130 commodis (a above -is) sequor (iura above sequor) (dura D). 132—131 *hoc ordine*. 133 nibeo || ora D: orer. 135 cu..tis || nerbi. 137 perhenni.

---

136 *scabrida* duo D: at cur *scūbida* apud hunc poetam corrigatur? cf. 245 et ind. 'metricae res'.

140 desuper incumbens hispida silua premit,
ac uelut inclusi caeco conduntur in antro:
torunm nescio quid seu furiale uident.
iam pauor est uidisse senem, nec credere possis
hunc hominem, humana qui ratione caret.
145 si libros repeto, duplex se littera findit,
largior occurrit pagina nota mihi.
claram per nebulas uideor mihi cernere lucem:
nubila sunt oculis ipsa serena meis.
eripitur sine morte dies: caligine caeca
150 septum tartareo quis neget esse loco?
talia quis demens homini persuaserit auctor,
ut cupiat uoto turpior esse suo?
iam subeunt morbi, subeunt discrimina mille,
iam dulces epulae deliciaeque nocent.
155 cogimur a gratis animum suspendere rebus
atque, ut uiuamus, uiuere destitimus.
en me quam crudum, quem nulla aduersa nocebant,
ipsa quibus regimur nunc alimenta grauant!
esse libet saturum: saturum mox esse pigebit.
160 praestat ut abstineam: abstinuisse nocet.
quae modo profuerat, contraria redditur esca:
fastidita iacet, quae modo dulcis erat.
non Veneris, non grata mihi sunt munera Bacchi
nec quicquid uitae fallere damna solet.
165 sola iacens natura manet, quae sponte per horas
soluitur et uitio carpitur ipsa suo.
non totiens experta mihi medicamina prosunt,

140 incubens hispidas. 142 torbum || seu *duo* D: eu. 144 humana] huma. 145 libro || fidit. 148 nubula. 151 persua**serit. 153 discrimina D: discrimine. 157 en Π: et || quam crudum Π: que dudum || quem *aliquot* D: que. 159 *alterum* saturum D: sat tū. 163 bachi. 164 dampna. 165 oras.

---

142 *seu* pro *et; ceu* B male scripsit. 151 *talia* obiectum est uerbi *persuaserit, ut cupiat* ἐπεξήγησις: cf. 4, 57 sq. 157 iunge *en me crudum quam grauant.* 163 *Cereris* Withof non recte.

Digitized by Google

non curis quicquid ferre solebat opem.
sic cum materia pereunt quaecumque parantur:
170 fit magis et damnis tristior urna suis.
non secus instantem cupiens fulcire ruinam
diuersis contra nititur obicibus,
donec longa dies omni compage soluta
ipsum cum rebus subruat auxilium.
175 quid quod nulla leuant animum spectacula rerum
nec mala tot uitae dissimulare licet?
turpe seni uultus nitidi uestesque decorae,
quis sine iamque ipsum uiuere turpe seni,
crimen amare iocos, crimen conuiuia, cantus:
180 o miseri, quorum gaudia crimen habent!
quid mihi diuitiae, quarum si dempseris usum,
quamuis largus opum, semper egenus ero?
immo etiam poena est partis incumbere rebus,
quas cum possideas est uiolare nefas.
185 non aliter sitiens uicinas Tantalus undas
captat et appositis abstinet ora cibis.
efficior custos rerum magis ipse mearum
conseruans aliis, quae periere mihi,
sicut in auricomis dependens plurimus hortis
190 peruigil obseruat non sua poma draco.
hinc me sollicitum torquent super omnia curae,

168 curis Π: g·ri·s (e *supra* g): cf. 164. 191. 169 sic Π: sed. 170 dampnis. 175 spectaculum (a *supra* u). 177 turpe seni D: turpes enī. 178 seni *unus* D: sene. 182 opum D: opis. 183 est D: *om.* 184 nephas. 186 ciuis. 187 rerum *supra* ipse. 189 plurimis.

168 lectio *aegris* peruersa est, cum nihil nisi medicamina aegris opem ferre possit: ceterum poeta aut *aegris* .. *solet* aut *aegro* .. *solebat* scribere debuit. 170 B non intellegens *magis* substantiuum esse pro *urna* pessime scripsit *herba*. 177 *nitidi* intellege *bene curati*. *cultus* quod Ommerenus scripsit idem est quod *uestes*. 178 *iamque*] *que* abundat; cf. 5, 73. sensus: senex intellegit iam et ipsum uiuere turpe sibi esse, si uultu nitido et ueste decora carere debeat, sed homines ea senem dedecere existimant.

Digitized by Google

hinc requies animo non datur ulla meo.
quaerere qui nequeo, semper retinere laboro,
et retinens semper nil tenuisse puto.
195 stat dubius tremulusque senex semperque malorum
credulus et stultus quae facit ipse timet.
laudat praeteritos, praesentes despicit annos,
hoc tantum rectum, quod sapit ipse, putat,
se solum doctum, se iudicat esse peritum
200 et, quod sit sapiens, desipit inde magis.
multa, licet nolis, referens eademque reuoluens
horret et alloquium conspuit ipse suum.
deficit auditor, non deficit ipse loquendo:
o sola fortes garrulitate senes!
205 omnia nequicquam clamosis uocibus implet:
nil satis est: horret, quae placuere modo.
arridet de se ridentibus ac sibi plaudens
incipit opprobrio laetior esse suo.
hae sunt primitiae mortis, his partibus aetas
210 defluit et pigris gressibus ima petit.
non habitus, non ipse color, non gressus euntis,
non species eadem quae fuit ante manet.
labitur ex umeris demisso corpore uestis,
quaeque breuis fuerat iam modo longa mihi est.
215 contrahimur miroque modo decrescimus: ipsa
diminui nostri corporis ossa putes.
nec caelum spectare licet, sed prona senectus
terram, qua genita est et reditura, uidet
fitque tripes, prorsus quadrupes, ut paruulus infans,
220 et per sordentem flebile repit humum.
ortus cuncta suos repetunt matremque requirunt
et redit ad nihilum, quod fuit ante nihil.

193 qui II: quae. 198 quod |||. 200 quod *in ras.* 201 nolis *duo* D: nobis. 207 plaudens D: plaudent. 211 gresus. 213 demisso *plerique* D: dimisso. 215 contraimur. 218 qua *plerique* D: quam. 220 fleuile.

201—202] idem sensus 205—206: senex ea, quae modo rettulit, statim contemnit et ad aliam fabulam transit.

Digitized by Google

hinc est quod baculo incumbens ruitura senectus
  assiduo pigram uerbere pulsat humum
225 et numerosa mouens certo uestigia plausu
  talia rugato creditur ore loqui:
'suscipe me, genitrix, nati miserere laborum:
  [membra peto gremio fessa fouere tuo.
horrent me pueri, nequeo uelut ante uideri:]
230 horrendos partus cur sinis esse tuos?
nil mihi cum superis, expleui munera uitae:
  redde precor patrio mortua membra solo.
quid miseros uariis prodest extendere poenis?
  non est materni pectoris ista pati'.
235 his dictis trunco titubantes sustinet artus
  neglecti repetens stramina dura tori.
quo postquam iacuit, misero quid funere differt?
  heu tantum adtracti corporis ossa uides.
cumque magis semper iaceam uiuamque iacendo,
240 quis sub uitali computet esse loco?
iam poena est totum quod uiuimus: urimur aestu,
  officiunt nebulae, frigus et aura nocet,
ros laedit modicoque etiam corrumpimur imbre,
  ueris et autumni laedit amoena dies.
245 hinc miseros scabies, hinc tussis anhela fatigat:
  continuos gemitus aegra senectus habet.
hos superesse reor, quibus et spirabilis aër
  et lux, qua regimur, redditur ipsa grauis?
ipsa etiam cunctis requies gratissima, somnus
250 auolat et sera uix mihi nocte redit,
uel si lassatos umquam dignabitur artus,

223 hinc D: hic. 226 $\overset{e}{\text{ora}}$. 228 *et* 229 *cum plerisque* D *om.*: *incl.* B. 233 extendere *unus* D: expendere. 234 ma••terni. 240 subdiuali E. 245 anela. 249 sonus.

225 *certo plausu*: cf. 5, 24. 233 *extendere* in uita retinere. 240 *uitalis locus* est aër (cf. u. 150), *computet* pro *putet*. similiter Vict. Vit. III, 22 *quod ad obprobrium meum facere conputatis.* III, 50 *computa eos non fuisse natos.* 249 *ipse* plerique D, sed hac coniectura non est opus.

Digitized by Google

turbidus in quantis horret imaginibus!
mollia fulcra tori duris sunt cautibus aequa,
parua licet magnum pallia pondus habent.
255 cogor per mediam turbatus surgere noctem
multaque, ne patiar deteriora, pati.
uincimur infirmi defectu corporis, et qua
noluero, infelix hac ego parte trahor.
omnia naturae soluuntur uiscera nostrae,
260 et tam praeclarum quam male nutat opus!
his ueniens onerata malis incurua senectus
cedere ponderibus se docet ipsa suis.
ergo quis has cupiat per longum ducere poenas
paulatimque anima deficiente mori?
265 morte mori melius, quam uitam ducere mortis
et sensus membris sic sepelire suis.
non queror, heu longi quod totum soluitis anni:
improba naturae dicere iussa nefas.
deficiunt ualidi longaeuo tempore tauri
270 et quondam pulcher fit modo turpis equus.
fracta die rabidi conpescitur ira leonis
lentaque per senium aspera tigris erit.
ipsa etiam ueniens consumit saxa uetustas,
et nullum est quod non tempore cedat opus.
275 set mihi uenturos melius praeuertere casus
atque infelices anticipare dies.
poena minor certam subito perferre ruinam,
quod timeas, grauius sustinuisse diu.
at quos fert alios quis possit dicere casus?

252 turbidus in *plerique* D: turbida lux in; *fort.* turbida nox quantis. 253 fulcra D: filtra || duri || aequa D: aequet. 254 habnt. 258e.go || traor. 259 uincula E. 261 honerata. 266 sic *tres* D: hic. 268 iu^{s}sa. 271 die *Ommerenus*: diu. 273 consumit D: consumat; consumet *duo* D. 277 certam... 278 grauis... 279 possit *uulgo*: posset.

262: cf. 58. 272 de hiatu cf. ind. 'metricae res'. *Caspia* quod D exhibent docti cuiusdam interpolatio est.

Digitized by Google

280 hos quoque difficile est commemorasse seni.
iurgia, contemptus uiolentaque damna secuntur
nec quisquam ex tantis praebet amicus opem.
ipsi me pueri atque ipsae sine lite puellae
turpe putant dominum iam uocitare suum.
285 irrident gressum, irrident iam denique uultum
et tremulum, quondam quod timuere, caput.
cumque nihil uideam, tamen hoc spectare licebit,
ut grauior misero poena sit ista mihi.
felix qui meruit tranquillam ducere uitam
290 et laeto stabiles claudere fine dies:
dura satis miseris memoratio prisca bonorum,
et grauius summo culmine mersa ruit.

II.

En dilecta mihi nimium formosa Lycoris,
cum qua mens eadem, res fuit una mihi,
post multos quibus indiuisi uiximus annos
respuit amplexus heu pauefacta meos,
5 iamque alios iuuenes aliosque requirit amores:
me uocat inbellem decrepitumque senem,
nec meminisse uolet transactae dulcia uitae

280 hos Il: hoc. 289 tranquinlā.

---

292 *grauius ruit* uita (u. 289) quae *summo culmine* id est in senectute mergitur, malis scilicet quibus abundat. *missa ruunt* quod uulgo legitur sensu caret, cum *missa* non pro loci condicione, sed pro mittentis ui et nisu uel leuius uel grauius ruant.

1 liquoris. 2 mens D: men. 5 iuuenes D: iuues. 7 transactae D: trans . . . . . dulcia.

---

4 *labefacta* B: at Lycoris senem decrepitum horrere coeperat. 7 *uolet* codd., *solet* Ommerenus: uarietatis temporum multa exempla in indice collegimus. cf. etiam ind. ad. Coripp. sub 'temporum uariatio'.

Digitized by Google

nec me quod potius reddidit ipsa senem.
immo etiam causas ingrata ac perfida fingit,
10 ut spretum uitio iudicet esse meo.
haec me praeteriens cum dudum forte uideret,
expuit obductis uestibus ora tegens.
'hunc' inquit 'dilexi? hic me complexus amauit?
huic ego saepe, nefas, oscula blanda dedi?'
15 nauseat et priscum uomitu ceu fundit amorem,
inponit capiti plurima dira meo.
en, quid longa dies nunc affert? ut sibi quemquam
quondam dilectum prodere turpe putet.
nonne fuit melius tali me tempore fungi,
20 quo nulli merito despiciendus eram,
quam, postquam periit quicquid fuit ante decoris,
extinctum meritis uiuere criminibus?
iam nihil est totum quod uiximus: omnia secum
tempus praeteriens horaque summa trahit.
25 atque tamen — niuei circumdant tempora cani
et iam caeruleis inficit hora notis —
praestat adhuc nimiumque sibi pretiosa uidetur
atque annos mecum despicit illa suos:
et, fateor, primae retinet monimenta figurae
30 atque inter cineres condita flamma manet.
ut uideo, pulcris etiam uos parcitis, anni,
nec ueteris formae gratia tota perit.
reliquiis ueterum iuuenes pascuntur amorum,
nec si quid nunc est, quod fuit ante placet.
35 ante oculos statuunt primaeui temporis actus
atque in praeteritum luxuriantur opus.

9 hac perfidia. 10 spretum *tres* D: respretū. 25 timpora. 27 p̄ciosa. 32 nec D: hec. 34 nec II: sed (et *plerique* D: *cf. adnot. ad* 3, 34).

---

10 *iudicet* i. e. iudicare possit. 17 pro *nunc* uidetur *huic* scribendum. 22 *criminibus* datiuus est a *uiuere* dependens. 26 *hora* i. e. tempus eam fuscis maculis inficit. 27 *praestat* praecellit. *pretiosa*: cf. 5, 117. 28 et me despicit et annos suos, quamquam diuersis modis. 35 *actus* propter sequens *opus* uerum est neque cum B mutandum in *artus*.

Digitized by Google

et quia nos totus membrorum deserit usus,
nullius amplexus quos memoretur habet,
set solus miseris superest post omnia luctus:
40 quot bona tunc habui, tot modo damna fleo.
omnia nemo pati, non omnes omnia possunt
efficere: hoc uincit femina, uicta uiro.
ergo uelut pecudum praesentia sola manebunt,
nil de transactis, quod memoremur, erit?
45 cum fugiunt et bruta nouos animalia campos
ac repetunt celeres pascua nota greges,
sub qua decubuit requiescere diligit umbram
taurus et amissum quaerit ouile pecus,
dulcius in solitis cantat filomela rubetis
50 fitque suum rabidis dulce cubile feris:
tu tantum bene nota tibi atque experta relinquis
hospitia et potius non manifesta petis?
nonne placet melius certis confidere rebus?
euentus uarios res noua semper habet.
55 sum grandaeuus ego, nec tu minus alba capillis:
par aetas animos conciliare solet.
si modo non possum, quondam potuisse memento:
sit satis, ut placeam, me placuisse prius.
permanet inualidis reuerentia prisca colonis,
60 quod fuit in uetulo milite, miles amat,
rusticus expertum deflet cessisse iuuencum,
cum quo consenuit, uector honorat equum.

40 habui D: habuit || dampna. 41 pati *plerique* D: potest pati || posunt. 44 tranactis || memoremur II: memorem;. 46 nota D: nata. 48 ămissum. 53 confiderebus. 60 ue.tulo (n *eras.*) 61 cessasse *Burmann: at cf.* 5, 79. 62 uector II: uictor.

---

38 *memoretur* meminerit: cf. Roensch, It. u. Vulg.[2] p. 373. eadem significatio uerbi infra u. 44. *habet* scil. *usus*: quae elocutio non magis mira est quam illud Horatii C. III, 1, 41 sqq. *dolentem nec purpurarum sidere clarior delenit usus.* 45 *cum* pro *cum tamen*, cum indicatiuo ut saepe apud recentiores. 47 *requiescere* infin. finalis est ad *decubuit* pertinens. post 52 signum ? posui: est enim interrogatio indignantis.

Digitized by Google

non me adeo primis spoliauit floribus aetas:
en, uersus facio et mollia dicta cano.
65 sit grauitas sitque ipsa tibi ueneranda senectus,
sit quod me nosti uiuere uelle diu.
quis suam in alterius condemnet crimine uitam
et quod pertendit claudere certet iter?
dicere si fratrem seu dedignaris amicum,
70 dic patrem: affectum nomen utrumque tenet.
uincat honor luxum, pietas succedat amori:
plus ratio quam uis caeca ualere solet.
his lacrimis longos, quantum fas, fleuimus annos:
est graue, quod doleat, commemorare diu.

III.

Nunc operae pretium est quaedam memorare iuuentae
atque senectutis pauca referre meae,
quis lector mentem rerum uertigine fractam
erigat et maestum noscere curet opus.
5 captus amore tuo demens, Aquilina, ferebar,
pallidus et tristis captus amore tuo.
nondum quid sit amor uel quid Venus ignea noram:
torquebar potius rusticitate mea.
nec minus illa meo percussa cupidine flagrans
10 errabat tota non capienda domo.
carmina, pensa procul nimium dilecta iacebant,

64 mollia II: media. 66 me *ed. uet. Germanica:* te. 67 qui [s] || condempnet.

64 *mollia dicta cano:* benigne ac leniter tecum ago uersibus de reconciliatione. 68 *pertendit iter* similiter dixit ut Spartian. Seu. 5, 3 *iter contendit.*

10 capiendomo.

11 pro *carmina* nonnulli D exhibent *stamina:* quasi uero carminum lectio puellae non tam grata esse potuerit quam pensi confectio.

Digitized by Google

solus amor cordi curaque semper erat.
nec reperire uiam, qua caecum pasceret ignem,
docta nec alternis reddere uerba notis,
15 tantum in conspectu studium praestabat inane,
anxia uel solo lumine corda fouens.
me pedagogus agit, illam tristissima mater
seruabat, tanti poena secunda mali.
pensabant oculos nutusque per omnia nostros
20 quaeque solet mentis ducere signa color.
dum licuit, uotum tacite compressimus ambo
et uaria dulces teximus arte dolos.
at postquam teneram rupit uerecundia frontem
nec ualuit penitus flamma recepta tegi,
25 mox captare locos et tempora coepimus ambo
atque superciliis luminibusque loqui,
fallere sollicitos, suspensos ponere gressus
et tota nullo currere nocte sono.
nec longum, genitrix furtiuum sensit amorem
30 et medicare parans uulnera uulneribus
increpitat caeditque: fouentur caedibus ignes,
ut solet adiecto crescere flamma rogo.
concipiunt geminum flagrantia corda furorem
et sic permixto saeuit amore dolor.
35 tunc me uisceribus per totum quaerit anhelis,
emptum suppliciis quem putat esse suis,
nec memorare pudet turpesque reuoluere uestes:
immo etiam gaudens imputat illa mihi.
'pro te susceptos iuuat' inquit 'ferre dolores:

13 qua *nonnulli* D: que. 17 agit *unus* D: adit, di *ex corr.* 25 tepora || abo. 29 nec *duo* D: tunc. 34 et D: nec. 36 supliciis. 39 suscept$\overset{a}{o}$s || dolores *plerique* D: dolores uel labores.

14] cf. 26: nondum docta signis et nutibus loqui, utpote simplex. cf. Tibull. I, 2, 21 sq. 17 *agit* regit, tractat. 20 *calor* B; at cf. 4, 29. 28 *tota nocte* i. e. omni noctis spatio. 32 *rogo* i. e. lignis. 37 *turpes* cruore (40).

Digitized by Google

40 tu pretium tanti dulce cruoris eris.
sit modo certa fides atque inconcussa uoluntas:
quae nihil imminuit passio, nulla fuit'.
his egomet stimulis angebar semper et ardens
languebam, nec spes ulla salutis erat.
45 prodere non ausus carpebar uulnere muto,
sed stupor et macies uocis habebat opus.
hic mihi, magnarum scrutator maxime rerum,
solus, Boëti, fers miseratus opem.
nam cum me curis intentum saepe uideres
50 nec posses causas noscere tristitiae,
tandem perspiciens tali me peste teneri
mitibus alloquiis pandere clausa iubes:
'dicito: et unde nouo correptus carperis aestu?
dicito, et edicti sume doloris opem.
55 non intellecti nulla est curatio morbi,
et magis inclusis ignibus antra fremunt.'
dum pudor est tam foeda loqui uitiumque fateri,
agnouit taciti conscia signa mali,
mox ait: 'occultae satis est res prodita causae.
60 pone metum: ueniam uis tibi tanta dabit.'
prostratus pedibus uerecunda silentia rupi
cum lacrimis referens ordine cuncta suo.
'fare', ait, 'an placitae potiaris munere formae'.
respondi: 'pietas talia uelle fugit'.
65 soluitur in risum exclamans: 'pro mira uoluntas!
castus amor Veneris dicito quando fuit?
parcere dilectae iuuenis desiste puellae:

41 uoluptas. 47 hic *tres* D: hinc. 51 perspiciens B: prospiciens. 52 aloquiis. 56 signibus. 61 prostratu. 63 an *duo* D: ut. 65 proh *unus* D: prout ‖ uolūptas. 67 parce.

---

53 de *et unde* in initio interrogationis cf. Cassian. Conl. XX, 6, 1. idem scriptor saepissime interrogationem a particula *et* orditur. 59 intellege: occulto morbo (nam *causa* hoc loco *morbus* significat) satis est, si res proditur = für die Heilung der versteckten Krankheit genügt die Angabe des Sachverhaltes. 63 *potiaris* = possideas.

Digitized by Google

impius hic fueris, si pius esse uelis.
unguibus et morsu teneri pascuntur amores,
70 uulnera non refugit res magis apta plagae.'
interea donis permulcet corda parentum
et pretio faciles in mea uota trahit.
auri caecus amor natiuum uincit amorem:
coeperunt natae crimen amare suae.
75 dant uitiis furtisque locum, dant iungere dextras
et totum ludo concelebrare diem.
permissum fit uile nefas, fit languidus ardor:
uicerunt morbum languida corda suum.
illa nihil quaesita uidens procedere causam
80 odit et illaeso corpore tristis abit.
proieci uanas sanato pectore curas
et subito didici, quam miser ante fui.
'salue, sancta' inquam 'semperque intacta maneto
uirginitas: per me plena pudoris eris.'
85 quae postquam perlata uiro sunt omnia tanto
meque uidet fluctus exuperasse meos,
'macte', inquit, 'iuuenis, proprii dominator amoris,
et de contemptu sume trophaea tuo.
arma tibi Veneris cedantque Cupidinis arcus,
90 cedat et armipotens ipsa Minerua tibi'.
sic mihi peccandi studium permissa potestas
abstulit atque ipsum talia uelle fugit.
ingrati, tristes pariter discedimus ambo:
discidii ratio uita pudica fuit.

---

79 quaesitā. 80 abiit. 81 cure^{a}cs. 85 prelata. 88 contentu. 94 uita *nonnulli* D: tota.

---

68 *hic* in hac re. 79 *causam* rem.

IV.

Restat adhuc alios turpesque reuoluere casus
atque aliquo molli pascere corda ioco.
conueniunt etenim delerae ignaua senectae
aptaque sunt operi carmina uana meo.
5 sic uicibus uariis alterni fallimur anni
et mutata magis tempora grata mihi.
uirgo fuit, species dederat cui candida nomen
Candida: diuersis nam bene compta modis.
huic ego per totum uidi pendentia corpus
10 cymbala multiplices edere pulsa sonos,
nunc niueis digitis, nunc pulsas pectine cordas
arguto quicquam murmure dulce loqui.
sic me diuersis tractum de partibus una
carpebat uariis pulcra puella modis.
15 hanc ego saltantem subito correptus amaui
et coepi tacitus uulnera grata pati.
singula uisa semel semper memorare libebat,
haerebant animo nocte dieque meo.
saepe uelut uisae laetabar imagine formae,
20 et procul absenti uoce manuque fui.
saepe, uelut praesens fuerit, mecum ipse loquebar,
cantabam dulces quos solet illa modos.
o quotiens demens, quotiens sine mente putabar
nec, puto, fallebar: non bene sanus eram.
25 atque aliquis, cui caeca foret bene nota uoluptas:
'cantat, cantantem Maximianus amat'.

1 restat *nonnulli* D: praestat. 8 compta D: composita || modis *in ras.* 9 ego *om.* 10 cimbala. 11 niuei || pulsas Π: pulsans. 21 ipse *plerique* D: ipsa. 22 cantabam D: cantabat. 24 puto *in ras.* || falebar. 26 cantat *nonnulli* D: canta.

---

6 *mutata tempora* mutatio temporum. 8 *nam* = sed, ut Wernsdorfius coniecerat. *modis*: cf. 13—14. 11 et 12 pendent a *uidi.* 20 *et* = et tamen (B). 24 *nec fallebar*, scil. opinione hominum i. e. homines recte de me iudicabant. nihil iuuant coniecturae *fallebat* et *fallebam.*

Digitized by Google

certe difficile est abscondere pectoris aestus:
panditur et clauso saepius ore furor.
nam subito inficiens uultum pallorque ruborque
30 internum clausae uocis habebat opus.
nec minus ipsa meas prodebant somnia curas,
somnia secreto non bene fida meo.
nam cum sopitos premerent obliuia sensus,
confessa est facinus nescia lingua suum.
35 'Candida', clamabam, 'propera: cur, Candida, tardas?
nox abit et furtis lux inimica redit'.
proximus ut genitor mecum comitatus amatae
uirginis herbosa forte iacebat humo,
illius ad nomen turbatos excutit artus,
40 exilit et natam credit adesse suam.
omnia collustrans toto me pectore somnum
prospicit afflantem nec meminisse mei.
'uana putas, an uera sopor ludibria iactat?
hoc et uerus' ait 'pectoris ardor agit.
45 credo equidem assuetas animo remeare figuras,
et fallax studium ludit imago suum'.
stat tamen attonitus perplexaque murmura captat
et tacitis precibus dicere plura rogat.
sic ego, qui cunctis sanctae grauitatis habebar,
50 proditus et uitio sum miser ipse meo,
et nunc infelix tota est sine crimine uita
et peccare senem non potuisse pudet.

32 sonia. 37 amato. 39 turbatus: *corr. in* D. 41 ..toto[me] || somno[v]. 43 iactat D: iactas. 44 pector. 45 asuetas[s]. 47 stat D: sat || perflexaque. 48 tacitis D: tacitus.

37 *me tum* Withof falsissime, nam *comitari cum aliquo* apud Victorem Vitensem legitur. 39 *excutit*: cf. Coripp. Ioh. VIII, 526. Iust. II, 312. 42 *afflantem* (ita codd.): cf. Coripp. Ioh. VI, 759. Iust. IIII, 120. 44 *serus* B ridicule, quasi soli seni assuetae animo figurae redeant. 49 sq. iunge: sic ego proditus sum et uitio meo miser sum. 51 *sine crimine* attributiue accipiendum i. e. tota uita, quae alioquin crimine caret, nunc infelix est.

Digitized by Google

deserimur uitiis, fugit indignata uoluptas,
    nec, quod non possum, non uoluisse meum est.
55 hoc etiam meminisse licet, quod serior aetas
    intulit et gemitus, quos mihi laeta dedit.
set quis has possit naturae adtingere partes,
    clarus et ut sapiens noxia saepe uelit?
interdum rapimur uitiis trahimurque uolentes,
60   et quod non capiunt pectora bruta uolunt.

V.

Missus ad Eoos legati munere functus
    tranquillum cunctis nectere pacis opus,
dum studeo gemini componere foedera regni,
    inueni cordis bella nefanda mei.
5 hic me suscipiens Etruscae gentis alumnum
    inuoluit patriis Graia puella dolis.
nam cum se nostro captam simularet amore,
    me potius uero fecit amore capi.
peruigil ad nostras astabat nocte fenestras,
10   nescio quid Graeco murmure dulce canens.
nunc aderant lacrimae, gemitus, suspiria, pallor

53 et deserimur ‖ indigna[ta]. 54 posum ‖ doluisse E. 56 leta. 59 rapitur[m].

54 nec tamen ideo, quod non possum, non uoluisse meum est i. e. quamquam non possum, tamen uelle extat. 55 sq. et serior aetas eos gemitus (mihi) intulit, quos mihi laeta dederat i. e. senex tam delirus amator fui quam iuuenis. 57 sq. sed quis physica ratione demonstrare possit quo modo fiat (= *ut*) ut clarus et sapiens saepe noxia uelit, ea uidelicet quae narraturus est poeta. 60 pectus brutum uult quod non potest efficere.

1 missu ‖ Eoos II: eoas[partes]. 5 eutruscae ‖ alumpnum. 8 uero D: uere.
10 nesci[o] quod.

Digitized by Google

et quicquid nullum fingere posse putes.
sic uelut afflictam nimium miseratus amantem
efficior potius tunc miserandus ego.
15 haec erat egregiae formae uultusque modesti,
grata micans oculis nec minus arte placens,
docta loqui digitis et carmina fingere docta
et responsuram sollicitare lyram.
illam Sereniis stupefactus cantibus aequans
20 efficior demens alter Ulixes ego,
et qui non poteram tantas euadere moles,
nescius in scopulos et uada caeca feror.
quis referat gressus certa sub lege mouentes
suspensosque nouis plausibus ire pedes?
25 grande erat inflexos gradibus numerare capillos,
grande erat in niueo pulla colore coma.
urebant oculos stantes duraeque papillae
et quas astringens clauderet una manus.
ah, quantum mentem stomachi iunctura mouebat
30 atque sub exhausto pectore pingue femur!
terrebar teneros astringere fortiter artus:
uisa per amplexus ossa sonare meos.
'grandia' clamabat 'tua summe brachia laedunt:
non tolerant pondus subdita membra tuum.'
35 dirigui, quantusque fuit calor ille, recessit
et nata est uenae causa pudenda meae.

14 efficior D: afficior. 18 responsura. 21 molis *m. pr.* 29 ah *unus* D: hah ‖ iunctura B: iuncturaq;. 30 exausto. 33 summe Il: sunt me. 36 uenae *quattuor* D: uenie.

---

12 *nullam* B inutiliter coniecit. 16 *grata* non ad *haec* pertinet, sed aduerbialiter accipiendum et cum *micans* iungendum est. 19 de *Serĕniis* cf. ind. 'metricae res'. post 22 B inseruit uu. 39—46, non apte, cum mulier arte Graia uti necesse non habuerit nisi postquam *nata est uenae causa* (u. 36). 23 *mouentes* reflexiue ut saepe, etiam apud recentiores poetas. 24 *plausibus*: cf. 1, 225. 31 *terrebar* pro *uerebar*. 33 *summe laedere* ut apud Cic. de or. II, 72, 295 *sollicitare summe*. 36 *causa* morbus, uitium.

Digitized by Google

non lac sic durum permixta coagula reddunt,
nec liquidi mollis spuma liquoris erit.
succubui, fateor, Graiae tunc nescius artis,
40 succubui Tusca simplicitate senex.
qua defensa suo superata est Hectore Troia,
unum non poterat fraus superare senem?
muneris iniuncti curam studiumque reliqui
deditus imperiis, saeue Cupido, tuis.
45 nec memorare pudet tali me uulnere uictum:
subditus his flammis Iuppiter ipse fuit.
set mihi prima quidem nox affuit ac sua soluit
munera, grandaeuo uix subeunda uiro.
proxima destituit uires uacuusque recessit
50 ardor et in uenerem segnis ut ante fui.
illa uelut proprium repetens infesta tributum
instat et increpitat: 'debita redde mihi.'
sed nihil hic clamor, nil sermo mitis agebat:
quod natura negat, reddere nemo potest.
55 erubui stupuique. at tunc uerecundia mentem
abstulit et blandum terror ademit opus.
contractare manu coepit uirilia membra
meque etiam digitis sollicitare suis.
nil mihi torpenti uel tactus profuit ignis:
60 perstitit in medio frigus ut ante foco.
'quae te crudelis rapuit mihi femina?' dixit.

37 permixta D: promixta. 38 *post* 39. 39 tunc *plerique* D: tum.
uelc̄n
40 tus sca. 41 qua ‖ ectore. 44 cupido D: cupio. 46 iuppiter ||||.
& ū
47 nox affuit D: noxa fuit ‖ ac. 51 propria. 55 stupuique. at tunc
II: stupui quia tunc. 60 perstitit *duo* D: praestitit ‖ ut D: *om.*

37—38: non lac concretum sic immobile est, non spuma aquae sic mollis. 41 *qua* scil. Graia fraude codd. recte. 48 *subeunda* scil. *nox*, *nox* enim hoc loco pro noctis opere accipiendum. 55 *mentem* uoluntatem: cf. 75. 102. 152. 57 de *uirilia* cf. ind. 'metricae res'. 59 *tactus* (subst.) *ignis* dig mulieris admoti. 60 *focus* ignis.

Digitized by Google

'cuius ab amplexu fessus ad arma redis?'
iurabam curis animum mordacibus uri
nec posse ad luxum tristia corda trahi.
65 illa dolum credens 'non' inquit 'fallis amantem:
plurima certus amor lumina semper habet.
quin potius placido noli' inquit 'parcere ludo:
proice tristitias et renouare ioco.
obtundunt siquidem curarum pondera sensus:
70 intermissa minus sarcina pondus habet'.
tunc egomet toto nudatus corpore lecto
effusis lacrimis talia uerba dedi:
'cogimur heuque senes crimen uitiumque fateri,
ne meus extinctus forte putetur amor.
75 me miserum, cuius non est culpanda uoluntas!
uindicor infelix debilitatis ope.
en longo confecta situ tibi tradimus arma,
arma ministeriis quippe dicata tuis.
fac quodcumque potes, nos cessimus. hoc tamen ipso
80 grandior est hostis, quod minus ardet amor.'
protinus argutas admouit turpiter artes
meque cupit flammis uiuificare suis.
ast ubi dilecti persensit funera membri
nec uelut expositum surgere uidit onus,
85 erigitur uiduoque toro laniata recumbens
uocibus his luctus et sua damna fouet:
'mentula, festorum cultrix operosa dierum,

62 amplexus. 65 me animantem. 69 pondera D: pondere. 73 heuque *tres* D: huq;. 75 uoluntas *Wernsdorf:* uoluptas. 76 debili-tat^{e}is. 79 hoc *duo* D: haec || ipso *unus* D: ipsa. 81 āmouit. 84 onus *Ommerenus:* opus. 86 dampna.

---

73 *heuque*] *que* abundat: cf. 1, 178. 79—80 *hoc ipso . . . quod* 'gerade darum . . . weil': cf. 1, 70. *minus ardet* extinctus est (*minus* = non). 81 *Argiuas* B cum duobus D: at Graiae artis poeta iam supra mentionem fecit: hic artes argutae meretricis intellegi uult. 85 *laniata*, scil. genas seu sinus; cf. 133.

Digitized by Google

quondam deliciae diuitiaeque meae,
quo te deiectam lacrimarum gurgite plangam,
90 quae de tot meritis carmina digna feram?
tu mihi flagranti succurrere saepe solebas
atque aestus animi ludificare mei,
tu mihi per totam custos gratissima noctem,
consors laetitiae tristitiaeque meae,
95 conscia secreti semper fidissima nostri,
astans internis peruigil obsequiis
quo tibi feruor abit, per quem feritura placebas,
quo tibi cristatum uulnificumque caput?
nempe iaces nullo, ut quondam, perfusa rubore,
100 pallida demisso uertice nempe iaces.
nil tibi blandities, nil dulcia carmina prosunt,
non quicquid mentem sollicitare solet.
hic uelut exposito meritam te funere plango:
occidit, assueto quod caret officio.'
105 hanc ego cum lacrimis deducta uoce canentem
irridens dictis talibus increpui:
'dum defles nostri languorem, femina, membri,
ostendis morbo te grauiore premi.'
illa furens: 'nescis, ut cerno, perfide, nescis:
110 non fleo priuatum, set generale chaos.
haec genus humanum, pecudum, uolucrumque, ferarum
et quicquid toto spirat in orbe, creat.
hac sine diuersi nulla est concordia sexus,
hac sine coniugii gratia summa perit.
115 haec geminas tanto constringit foedere mentes,
unius ut faciat corporis esse duo.
pulchra licet pretium, si desit, femina perdit,

90 di^{gn}ra. 97 f^{e}aritura. 100 dimisso. 101 nil tibi dulcia. 102 sol^{ci}itare. 107 defles D: deflens. 109 perfide *bis*. 110 set] se. 114 coniugi.

---

99 *perfusa:* cf. 132. 101 *blandities* solus Etonensis recte. 117—118 *desit* ... *defuerit:* haec uarietas temporum apud seriores est usitata: cf. ind. ad Cassianum sub 'temporum uariatio'.

Digitized by Google

et si defuerit, uir quoque turpis erit.
haec si gemma micans rutilum non conserat aruum,
120 alternum fallax mortiferumque genus.
tecum pura fides secretaque certa loquuntur,
o uere nostrum fructiferumque bonum!
ualde, inquam, felix, semper felicibus apta,
en tibi cognatis utere deliciis!
125 cedunt cuncta tibi, quodque est sublimius, ultro
cedunt imperiis maxima sceptra tuis,
nec subtracta gemunt, set se tibi subdita gaudent:
uulnera sunt irae prosperiora tuae.
ipsa etiam totum moderans sapientia mundum
130 porrigit inuictas ad tua iussa manus.
sternitur icta tuo uotiuo uulnere uirgo
et perfusa nouo laeta cruore iacet.
fert tacitum ridetque suum laniata dolorem
et percussori plaudit amica suo.
135 non tibi semper iners, non mollis conuenit actus
mixtaque sunt ludis fortia facta tuis.
nam nunc ingenio, magnis nunc uiribus usa
non est quod poenis non es amica malis.
nam tibi peruigiles intendunt saepe labores
140 imbres insidiae iurgia damna rates.

119 conserat aruum Π: conferat aurum. 120 alternum Π: externum. 121 loquntur. 129 etiam *s. l.* 133 lania tabo dolorem. 134 plaud&. 137 us; usa (*i. e.* uiribus [us] [us] usa). 138 non est quod Π: non nequod in ‖ penis. 139 intendunt *unus* D: inpendunt. 140 dampna.

---

119 *gemma micans* mentula. 120 *alternum* utrumque: cf. ind. ad Corippum s. u. alternus. 121 *tecum . . . loquuntur:* scil. in lecto geniali intima secreta tractantur. 122 *nostrum* recte ex sententia huius feminae. 127 *subtracta* scil. se esse. 129—130 male post 146 traiecit B: etenim post *sceptra* mundana Iouis imperium recte a poeta commemoratur. 138 quae temptaui ita intellege: cum modo ingenio modo uiribus utaris, non potes non amica esse poenis (i. e. laboribus uel cruciatibus) malis. 140 *rates* quomodo intendunt labores? puta si amatori ad amicam nauigandum est.

Digitized by Google

tu mihi saepe feri commendas corda tyranni,
sanguineus per te Mars quoque mitis erit,
et post extinctos debellatosque Gigantes
excutis irato tela trisulca Ioui.
145 tu cogis rabidas affectum discere tigres,
per te blandus amans redditur ipse leo.
mira tibi uirtus, mira est patientia: uictos
diligis et uinci tu quoque saepe uoles.
cum superata iaces, uires animosque resumis
150 atque iterum uinci, uincere rursus amas.
ira breuis, longa est pietas, recidiua uoluptas,
et cum posse perit, mens tamen una manet.'
conticuit tandem longo satiata dolore:
me uelut expletis deserit exequiis.

VI.

Claude precor miseras, aetas uerbosa, querelas.
numquid et hic uitium uis reserare tuum?
sit satis, indignum leuiter tetigisse pudorem:
contractata diu crimina crimen habent.
5 omnibus est eadem leti uia, non tamen unus
est uitae cunctis exitiique modus.
hac pueri atque senes pariter iuuenesque feruntur,
hac par diuitibus pauper egenus erit.
ergo quod attritum quodque est uitabile nulli,
10 festino gressu uincere praestat iter.
infelix ceu iam defleto funere surgo:
hac me defunctum uiuere parte puto.

141 tum ichi. 142 sanguineu. 147 uictos *ex* uirtus. 150 *post* uinci *ras.* 151 iratu (a *supra* u). 152 men.
9 uita uilc. 12 *nulla subscriptio.*

---

2 *et hic* i. e. uerbositate.

Digitized by Google

I.

II.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



BERLINER BUCHDRUCKEREI-ACTIEN-GESELLSCHAFT, SETZERINNEN-SCHULE DES LETTE-VEREINS

Digitized by Google

Digitized by Google

Praefatio.

Inter libros manu scriptos, quibus Maximiani elegiae seruantur, antiquissimus est Etonensis Bl 6,5 saeculo XI exaratus, idemque longe praestantissimus. non quidem caret mendis quibusdam, quorum origo haud difficile dispicitur : sed coniecturas arbitrarias et interpolationes, quibus recentiores referti sunt, in eo frustra quaeras. abiectis igitur sordibus deteriorum unum librum omni fide dignum in his carminibus recensendis sequendum duxi. rem ita institui, ut lectionibus codicis, quas Baehrensius in quinto uolumine poet. Lat. min. (Lipsiae 1883) publici iuris fecit, pauca explicandi gratia adderem, in indice autem, quaecumque proprietatem sermonis Maximianei inlustrare possent, collecta proponerem. siglis usus sum hisce: D = codd. deteriores, B = Baehrensius, Π = Petschenig, E = Ellis (American Journal of Philology uol. V, 1884, p. 145—163).

Restat ut mendorum genera, quae in Etonensi conspiciuntur, enumerem. 1) interpretationes interlineares in uersus ipsos receptae: 1,8 *peius* [*est*] *funere.* 77 *omnis foeda mihi atque omnis* [*puella*] *rustica uisa est*, ubi uox *puella* datiuum *mihi* exturbauit. 2,41 *omnia nemo* [*potest*] *pati.* 3,39 *dolores* [*uel labores*]. 5,65 *fallis* [*me*] *animantem.* 101 *nil tibi blandities nil* [*tibi*] *dulcia.* 151 *ira* [*tu*] *breuis.* — 2) dittographiae: 1,58 *te* [*quo*] *que.* 2,10 *ut* [*re*] *spretum.* 40 *habui* [*t*] *tot.* 3,65 *pro* [*ut*] *mira.* 4,52—53 *pudet* [*et*] *deserimur.* 5,62 *amplexu* [*s*] *fessus.* 65 *a* [*ni*] *mantem.* 109 *perfide* bis scriptum. 133 *laniata* [*bo*] *dolorem.* 137 *uiribus*

Digitized by Google

[*usus*] *usa.* — 3) lacunae: 1,63 *mediam* <*iu*> *uenali.* 75 *cupio*
a tura
<*me*> *iungere.* 130 *commodis sequor.* 144 *huma* <*na*>. 183 *poena* <*est*> *partis.* 2,5 *iuu* <*en*> *es.* 7 *trans* <*actae*> *dulcia.* 53 *confidere* <*re*> *bus.* 3,10 *capien* <*da*> *domo.* 67 *parce* <*re*>. 4,9 *huic* <*ego*> *per.* 44 *pector* <*is*> *ardor.* 5,60 *frigus* <*ut*>. — 4) singulae litterae omissae: 1,11 *fi* <*n*> *xi.* 28 *tra* <*g*> *ici.* 35 *plu* <*u*> *iasque.* 41 *rep̧* <*p*> *erit.* 46 *op* <*p*> *ositas.* 88 *p̄s* <*s*> *um.* 90 *uernare* <*n*> *t.* 93 *dimis* <*s*> *aque.* 94 *u* <*u*> *ltibus.* 140 *incu* <*m*> *bens.* 142 <*s*> *eu.* 145 *libro* <*s*> — *fi* <*n*> *dit.* 157 *que* <*m*>. 159 *sat tū* pro *saturū.* 211 *gres* <*s*> *us.* 223 *hi* <*n*> *c.* 249 *so* <*m*> *nus.* 253 *duri* <*s*> *sunt.* 254 *hab* <*e*> *nt.* 278 *graui* <*u*> *s.* 2,2 *men* <*s*>; cf. 5,152. — 2,44 *tran* <*s*> *actis.* 3,25 *te* <*m*> *pora* — *a* <*m*> *bo.* 36 *sup* <*p*> *liciis.* 52 *al* <*l*> *loquiis.* 61 *prostratu* <*s*>. 4,11 *niuei* <*s*>. 24 *fal* <*l*> *ebar.* 26 *canta* <*t*>. 32 *so* <*m*> *nia.* 47 *s* <*t*> *at.* 54 *pos* <*s*> *um.* 5,1 *missu* <*s*>. 18 *responsura* <*m*>. 44 *cupi* <*d*> *o.* 47 *nox a* <*f*> *fuit.* 73 *h* <*e*> *uque.* 110 *se* <*t*>. 114 *coniugi* <*i*>. 142 *sanguineu* <*s*>. — 5) ductus et conpendia archetypi non intellecta: 1, 44 *uicam* pro *uictus.* 133 *orer* pro *ora.* 233 *expendere* pro *extendere.* 253 *aequet* pro *aequa.* 3,81 *curecs* pro *curas.* 94 *tota* pro *uita.* 4,8 *composita* pro *compta.* 5,139 *inpendunt* pro *intendunt.* 3,51 *prospiciens* pro *perspiciens.* 85 *prelata* pro *perlata.* 5,37 *promixta* pro *permixta.* 60 *praestitit* pro *perstitit.* — 6) ordo uersuum turbatus 1,131—132. 5,38—39. singularis est corruptela in uersu 1,252, de qua uid. adnot. crit.

Digitized by Google

VERLAG VON S. CALVARY & Co. IN BERLIN.

JAHRESBERICHT

über die

Fortschritte der classischen Alterthumswissenschaft

begründet von **Conrad Bursian**,

herausgegeben von

Iwan Müller.

Mit den Beiblättern

BIBLIOTHECA PHILOLOGICA CLASSICA

und

Biographisches Jahrbuch für Alterthumskunde.

Jährlich 4 Bände gr. 8. zu 20—30 Bogen (in 12 Heften zu 6—10 Bogen).

Subscriptionspreis für 90 Bogen (12 Hefte) **30 Mark.**

Ladenpreis (nach Erscheinen des **1.** Heftes) **36 Mark.**

Die erste Folge (Acht Jahrgänge in 24 Bänden), die Literatur der Jahre 1873—1880 umfassend und die ersten neun Jahrgänge der neuen Folge (Band 26—61: die Literatur der Jahre 1881 bis 1889), werden zusammen bei Subscription auf Jahrgang X zum Subscriptionspreise von 460 Mark abgegeben, welcher Betrag auch in Raten zu 70 Mark entrichtet werden kann.

Der Jahresbericht erscheint seit dem Jahre 1874 und verfolgt das Programm: auf dem sich immer mehr ausdehnenden Gebiete der classischen Sprach- und Alterthums-Forschung einen vollständigen Wegweiser zu bieten und ein möglichst objectives Bild dessen zu geben, was in den verschiedenen Zweigen dieser Wissenschaft innerhalb eines Jahres geleistet worden ist.

Bibliotheca philologica classica.

Verzeichniss der auf dem Gebiete der classischen Alterthumswissenschaft erschienenen Bücher, Zeitschriften, Dissertationen, Programm-Abhandlungen, Aufsätze in Zeitschriften und Recensionen.

Jahrgang 1—16. 1874—1889.

Preis des Jahrganges von 4 Heften (zusammen ca 25 Bogen gr. 8) **6 Mark**

Die Bibliotheca philologica classica ist das einzige Verzeichniss, welches die sämmtlichen auf dem Gebiete der classischen Alterthumswissenschaft erscheinenden Werke aller Literaturen systematisch verzeichnet. Bei schnellem Erscheinen gewährt diese Zeitschrift dem Fachmanne die genaueste Einsicht in die Bewegung und Fortbildung der Wissenschaft und ergänzt somit den Jahresbericht in bibliographischer Hinsicht.

Biographisches Jahrbuch für Alterthumskunde

begründet von **Conrad Bursian**,

herausgegeben von

Iwan Müller.

Erster bis Elfter Jahrgang: 1878—1888. 48 Mark.

Vorzugspreis bei Abnahme eines vollständigen Exemplars und Subscription auf die Fortsetzung 36 Mark.

Das biographische Jahrbuch bringt Nekrologe der verstorbenen Philologen und Alterthumsforscher nach authentischen Quellen

BERLINER PHILOLOGISCHE WOCHENSCHRIFT.

Herausgegeben von

Ch. Belger und O. Seyffert.

Wöchentlich 2 Bogen roy.-8. Abonnementspreis 6 Mark vierteljährlich.
Jahrgang I—IX, Oktober 1881—December 1889 werden mit 125 Mark abgegeben.

Diese Zeitschrift ist bestimmt, für den Philologen ein Central-Organ auf allen Gebieten der Alterthumskunde zu bilden und ihn mit den Fortschritten der Wissenschaft möglichst schnell und vollständig bekannt zu machen.

VERLAG VON S. CALVARY & CO. IN BERLIN.

Calvary's philologische und archaeologische Bibliothek.

Sammlung neuer Ausgaben älterer classischer Hülfsbücher zum Studium der Philologie, in jährlichen Serien von ca. 16 Bänden. Subscriptionspreis für den Band 1 M. 0 Pf. Einzelpreis 2 Mark. Jeder Band wird einzeln abgegeben.

Neu eintretende Abonnenten erhalten die erste bis dritte Serie (50 Bände) statt für 75 Mark **für 36 Mark.**

Bisher erschienen:

I. Serie. 15 Bände und ein Supplementband.

Band 1: **Wolf, F. A., Prolegomena ad Homerum.** Cum notis ineditis Immanuelis Bekkeri. Editio secunda cui accedunt partis secundae prolegomenorum quae supersunt ex Wolfii manuscriptis eruta. Einzelpreis 2 Mark.

Band 2—6: **Müller, K. O., Kunstarchaeologische Werke.** Erste Gesammtausgabe. 5 Bände. Einzelpreis 10 Mark.

Band 7—15: **Niebuhr, B. G., Römische Geschichte.** Neue Ausgabe von M. Isler. 3 Bde. in 9 Theilen. Einzelpreis (einschliessl. d. Registerbandes) 18 Mark.

Supplementband: **Register zu Niebuhr's Römischer Geschichte.**

Der Supplementband wird den Abnehmern der ersten Serie mit 1 M. 50 Pf. berechnet, einzeln 2 Mark.

II. Serie. 18 Bände.

Band 16—20: **Dobree, P. P., Adversaria critica.** Editio in Germania prima cum praefatione Guilelmi Wagneri. 2 Bände in 6 Theilen. Einzelpreis 12 M.

Band 21—24: **Bentley, R., Dissertation upon the letters of Phalaris and other critical works** with introduction and notes by W. Wagner. Ein Band in 4 Theilen. Einzelpreis 8 Mark.

Band 25: **Dobree, P. P., Observationes Aristophaneae.** Edidit illustravit G. Wagner. Einzelpreis 1 M. 50 Pf.

Band 26—31, 33 u. 48: **Humboldt, W. v., Ueber die Verschiedenheit des menschlichen Sprachbaues.** Mit erläuternden Anmerkungen u. Excursen von A. F. Pott. 2. Aufl. Mit Nachträgen von A. F. Pott u. einem systematischen u. alphabetischen Register von A. Vanicek. 2 Bde. in 8 Thl. Einzelpr. 16 M.

III. Serie. 15 Bände und ein Supplementband.

Band 32 u. 43: **Hudemann, E. E., Geschichte des römischen Postwesens während der Kaiserzeit.** Zweite durch Nachträge, eine Inhalts-Angabe, ein Regist. u. eine Strassenkarte d. römisch. Reich. vermehrte Aufl. Einzelpr. 4 M.

Band 34—42: **Becker, A. W., Charikles.** Bilder altgriechischer Sitte, zur genaueren Kenntniss des griechischen Privatlebens. Neu bearbeitet von H. Göll. 3 Bände in 9 Theilen. Einzelpreis 18 Mark.

Band 44—47: **Rangabé, A. R., Précis d'une histoire de la Littérature neohellénique.** 4 Bde. Einzelpreis 8 Mark.

Supplementband: **Müller, Lucian, Friedrich Ritschl.** Eine wissenschaftliche Biographie. 2. Aufl. Einzelpreis 3 Mark.

IV. und V. Serie. ca. 36 Bände.

Band 49—55. 74—78. 86 u. ff.: **Reisig, K., Vorlesungen über lateinische Sprachwissenschaft.** 1. Theil: Etymologie, neu bearbeitet von H. Hagen. 3 Bde. Einzelpreis 6 M. 2. Theil: Semasiologie, neu bearbeitet von Heerdegen (unter der Presse). 3. Theil: Syntax, neu bearbeitet von J. H. Schmalz und G. Landgraf. 9 Bände. Einzelpreis 18 Mark.

Band 56—61. 72. 2. Hälfte 73. 79/80. **Meier, M. H. E. und G. F. Schoemann Der attische Process.** Neu bearbeitet von J. H. Lipsius. 2 Bände in 10 Thln. Einzelpreis 20 Mark.

Band 62—70. **Becker, A. W., Gallus oder römische Scenen aus der Zeit Augusts.** Zur genaueren Kenntniss des römischen Privatlebens. Neu bearbeitet von H. Göll. 9 Bände. Einzelpreis 18 Mark.

Band 71—72. 1. Hälfte. **Ussing, J. L., Erziehung und Jugendunterricht bei den Griechen und Römern.** Neue Bearbeitung. Einzelpreis 3 Mark.

VI. und VII. Serie. ca. 32 Bände.

Band 81—85. 89 u. ff. **Holm, A., Griechische Geschichte** von ihrem Ursprunge bis zum Untergange der Selbständigkeit Griechenlands. ca. 20 Bände. Einzelpreis ca. 40 Mark.

In Vorbereitung befinden sich:


Movers, F. K., Die Phönizier. Neu bearbeitet von J. Krall. — **Reimann, H., Lehrbuch der griechischen und römischen Metrik.**

Wegen der Fortsetzung behalten wir uns Mittheilung vor.




To avoid fine, this book should be returned on
or before the date last stamped below

20M—8-46


379.1
M461p

Stanford University Library
Stanford, California

In order that others may use this book, please return it as soon as possible, but not later than the date due.


Digitized by Google